



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris  
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

**Thomas <von Kempen>**

**Dvaci, 1625**

Quòd desideria cordis examinanda sunt & moderanda. XI

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](#)

sap  
s, n  
bene.  
lanti.  
celso,  
n abs-  
corde  
s tuz,  
i dul-  
cium  
episti,  
pote-  
quam  
cum  
ibni-  
s da-  
icam  
om-  
debet  
aret,  
e, &  
run-  
e ca-  
t; &  
quin  
endit  
& te-  
nam  
dic,  
mni  
is es,  
ire,  
jde-  
nor,  
Ha-  
san-  
ime

Etissimæ seruituti. Inuenient suauissimam Spiritus sancti con- Matt. 19.  
solutionem, qui pro amore tuo omnem carnalem abiecerint de-  
lectationem. Consequentur magnam mentis libertatem, qui ar- Matt. 7.  
etiam pro nomine tuo ingrediuntur viam, & omnem mundanam  
neglexerint curam.

5. O grata & iucunda Dei seruitus, qua homo veraciter effi-  
citur liber & sanctus. O facer status religiosi famulatus, qui ho- Matth. 11.  
minem angelis reddit æqualem, Deo placabilem, dæmonibus ter-  
ribilem, & cunctis fidelibus commendabilem. O amplectendum  
& semper optandum seruitum, quo sumnum promeretur bonum,  
& gaudium acquiritur sine fine mansurum.

## CAPVT XI.

*Quod desideria cordis examinanda sunt, & moderanda.*

1. **F**ili, oportet te adhuc multa addiscere, quæ necdum bene  
didicisti. Quæ sunt hæc Domine? Ut desiderium tuum po- Psal. 107.  
nas totaliter secundum beneplacitum meum; & tuiipsius amator  
non sis, sed meæ voluntatis cupidus æmulator. Desideria te sæpe  
accidunt, & vehementer impellunt; sed considera, an propter  
honorem meum, an propter tuum commodum magis moucaris.  
Si ego sum in causa, bene contentus eris, quomodocumque ordi- Phil. 2.  
naueris: si autem de proprio quæsitu aliquid later, ecce hoc est,  
quod te impedit & grauat.

2. Causa ergo, ne nimium innitaris super desiderio præcon-  
cepto, me non consulto; ne forte postea pœnitentia aut displiceat,  
quod primò plaxit, & quasi pro meliore zelaisti. Non enim om-  
nis affectio, quæ videtur bona, statim est sequenda: sed neque  
omnis contraria affectio, ad primum fugienda. Expedit interdum  
refrenatione vti, etiam in bonis studiis & desideriis; ne per im-  
portunitatem mentis distractionem incurras, ne aliis per indis-  
plinacionem scandalum generes; vel etiam per resistantiam alio-  
rum, subito turberis & corruas.

3. a Interdum vero oportet violentia vti, & viriliter appetitui a Matt. 11.  
sensitio contraire; b nec adiutare, quid velit caro, & quid non Rom. 8. &  
velit; sed hoc magis fatigere, vt subiecta sit etiam nolens spiritui: b 2. Cor. 4.  
c Et tamdiu castigari debet, & cogi seruituti subesse; donec pa- c 2. Cor. 10.  
rata sit ad omnia, paucisque contentari discat, & simplicibus do-  
lectari, nec contra aliquid inconveniens mussitare.

Aa 3

CAPVT.